Quelle: https://manuscripta.at/?ID=29365
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Iosue

plures familie et in quibus familia plures domos et in quibus domo plures viri seu capita Primo igitur deprehensa est tribus in qua perpetratum fuit sacrilegium postea familia determinata ei usdem tribus et postea domus eiusdem familie et postea vir determinatus in ista domo dicit tamen Ra. sa. quod tribus deprehensa est per hoc quod Iosue ex ordinatione dina adduxit tribus coram tonali iudicij in quo erant duodecim lapides pretiosi in quibus erat sculpta nominata tribuum et dixit ei deus quod fulgor illius tribus que pertaneratob fulgoreretur. et sic deprehensa est tribus iuda. Sed familia determinata nullo modo et domus in familia et vir in domo prehensi sunt per missionem sortis Et primum videtur esse fictitium quare contra textum vbi dicit Et quamquam tribum sors invenerit tamen ex quo patet quod tribus fuit deprehensa per sortem sic ita accedet per quinatores 1° per familias Idem enim sufficiat hic cognato et familia Iudicio autem quod Iosue non pertanuit hic vtens sorte tum quia hoc fecit ex precepto dni ut patet in textu vnde dicit prou. 16. Sortes mittuntur in sinum sed a dno temperat tum quia hoc fecit cum debita reuerentia sicut sanctificatione ipsi permissa. In quibus autem casibus et qualiter licitum est vti sortibus et in quibus non dem fuit diffusius mi 32° Iuraterens itaque Iosue mae ad procequendum diligenter mandatum dei et patet hic Et Iosue ait hic quod sequetur ponitur quinto peccati quatum ad culpam determinata per Iosue interrogatione cum dicit fili mi da gloriam dno ut sic per confessione tua appareat verum dixisse de pecto anathematis et per hoc iuste punuisse ipsum Rnt quod acham confitendo vitam Vidi inter spolia pallium coccineum idest rubeum hebrei tn dicunt pallium babilonicum certa patent Ani sit ergo hic quod describitur peccti contriti punitio et patet hic vsque ibi Tollens itaque Iosue acham filium zare argentumque et pallium et auream regulam Inhebo habetur lingua/erat enim lamina aurea in similitudine lingue facte hoc aut tulit Iosue quia preceptum erat a dno quod peccator obiret cum omni substantia sua ut predicitur in textu/filios quoque et filias eius dicunt hebrei quod ducti sunt ad videndum punitionem preis ut per hoc arcent a similibus. Doctores aut tri dicunt quod ducti sunt ut cum pre morent